Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift



77.

aduersitate iustorum dicebat. Quia bonus israel dominus qui
recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes. pene
effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos
pacem peccatorum uidens. Et abacuch fidelis ppheta quasi
cum dolentatur de prosperitate impiorum. et de aduersitate
iustorum dolens conquerentur. Quare inquiens non respicis
super inique agentes. et taces deuorante impio iustiorem se.
Et certa. isti reuera pedes speciosi erant super montes.
P. montes enim secos aplos accipere possumus. qui reuera montes
erant. qa uita et conuersatione se de terra leuauerant.
Et reuera mysteria et iudicium dei super aplos speciosa
fuerunt. quia nunquam homo potuit contemplari. quantum
illi profunditatem mysterii. et abyssum iudiciorum prospicere potuerunt.
Sequitur. Uox speculatorum tuorum. leuauerunt uocem simul
laudabunt. quia oculo ad oculum uidebunt. cum con
uertent dns syon. Osyon uidet ecclia uox speculatorum tuorum
audita est. speculatores inquam aplorum. qui tibi pacem inuisibilem
speculari sunt. q tibi bonum ineffabile pdicauerunt. qui
tibi salutem eternae beatitudinis annunciauerunt. Specu
latores isti idem sci apli. uocem leuauerunt. Uere leuauerunt.
nam in omnem terram exiuit sonus eorum. et in fines orbis terre
uerba eorum. Simul inquit laudabunt. quia xpm
unanimiter laudabant. qndo illud symbolum catholice
fidei uidet credo in dm breuissimis uerbis composuerunt.
Unde recte subiungitur. Quia oculo ad oculum

osyon spe